



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Responsio cancellarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

nibus tenebat, iurauerunt, & singuli de-
sculati sunt, & recedentes nomina sua
Cancellario dederunt.

Formula Brevis profess. fid.

Ego N. recipio, promitto, spondeo,
profiteor, detector, anathematizo,
voueo, & iuro, ut in decretis, & formula
professionis fidei ex bulla modò lectis,
singula singulis referendo: sic me Deus
adiuuet, & haec sancta Dei Euangelia.

Fidei professione publicè præstita
per eos qui tenebantur, indicta est de
fugitatu continuatio sessionis pomeri-
dianæ.

Indictio continuationis sessionis.

Decernimus, & indicimus continua-
tionem huius sessionis fore hodie
hora 21.

In qua sessionis continuatione, vni-
uersi & singuli, qui huic Synodo XI. in-
teresse quousmodum debent, nominatim
vocabuntur, scrutinium Synodale fieri,
& sigillatim, & vniuersè, generatimque
ex præscripta tabella. Quamobrem om-
nes singuli que, qui diuinis canonicearum
horarum officijs recitandis adstricti
funt, breuiarium, ac huius anni calenda-
rium afferant, ad præscriptum Synodi.
Diocesanæ quartæ. Parochi item affe-
rant hodie cathedralicum, quod soluer-
et economo nostro.

Postea Promotores accessito Cancellario
accusauerunt absentium contuma-
ciam, & institerunt apud Illustriss. Archiepi-
scopum, ut contra absentes, qui se
legitimè non excusauerunt, procede-
retur ut infra.

Instantia Promotorum cōtra absentes,
& accusatio contumacie.

Illustriss. & Reuerendiss. Domine.

Cum iam dies decima mensis Maij
abierit, qua omnes & singuli Eccle-
siæ clericorum homines huius urbis &
Diocesanæ legitimè per publicum edictū
moniti, Synodo huic XI. iam præsentes
adesse debent; cumque multa non parue-

rint, sed usque adeo vel negligentes vel
contumaces fuerint, ut neque præsentes
ad sint, nec verò iusti impedimenti ex-
cusationem, causamve, aut nuncium
misérint: ideo pro munere nostri offi-
cio, Nos N. & N. huius XI. Synodi pro-
motores, eorum contumaciam accusa-
mus; hocque instamus apud Illustriss.
& Reuerendiss. Amplitudinem tuam ut
citationem valuis Ecclesiæ huius Metro-
politanæ affigendam committas; cum
ijsdem tanquam inobedientibus agi iu-
beat, prout iuris est, & sacrorum cano-
num ratio postulat.

Illustriss. & Reuerendiss. Archiepi-
scopus audita instantia & requisitione
Reuerendiss. Promotorum, respondit
his verbis.

Decretum contra absentes.

Admittimus, committimus, & de-
cernimus. Tum ad Cancellarium
conuersi Reuerendiss. Promotores, pro rogitu
actorum in hac sessione institerunt.

Instantia Promotorum pro Rogitu.

Nos N. & N. huius XI. Synodis
Promotores, rogamus te Dominum
N. ut de omnibus & singulis in hac ses-
sione peractis, unum vel plura conficias
instrumenta.

Responsio Cancellarii.

Conficiam præsentibus &c.

Et haec omnia peracta fuerūt publi-
ca sessi. vt supra, adhibitis etiā testi-
bus admodum R.R. Dominis N. præpo-
ficio, & N. Decano Ecclesiæ Metropo-
litanae.

Contra contumaces absentes per editum
ad valvas actum est.

Absoluta haec matutina sessione, Illus-
triss. Dominus exuit Pontificalia par-
menta absque benedictione, cum sessio
a prandio continuanda foret, & cappam
induit, ac in ædes Archiepiscopales re-
uersus est.

Nè verò Clerus perturbato ordine
discederet, sed modestè, & Clericali gra-
vitate.

titate; iussu Illustris. Archiepiscopi editum est, ut ad Tabellæ Synodalis præscriptum, è sessionali loco abirent. Sessione ergo absolutâ, ex suggestu euangelatum est.

Ne quisquā ē loco ante discedat, quām Illustrissimus & Reuerendissimus Archiepiscopus è Synodo abierit: nec verò raptim, turbulenterve; sed grauiter, decoroque incelsu.

Capitula verò, & clerici Ecclesiarum Collegiarum, ut collegiatim conuenierunt, eodem ordine è Synodo discedant prælata Cruce: quo eodem modo redeant hora indicta.

Caucant deinceps omnes, quæcunque & Ecclesiastice disciplinae, & Synodalis actionis dignitati, & loci veneratio- ni minimè conuenient.

Continuatio primæ sessionis.

A Prædictio stata hora indicta, & sono media campanæ per sparium mediæ horæ significata, Illustrissimus Archiepiscopus cappa induens, & Reuerendissimus Clerico & Clerico vniuerso Metropolitana ad Basilicam Metropolitam deductus est: ac primum vesperarum & complectorii officio perorato, cui inter fuit totus Clerus, & præcipue Canonici collegiarum, Illustriss. Archiepiscopus pluviale, & mitram pretiosam, & Capitulum pretiosa paramenta induerunt, & in sessionalem locum descenderunt: ibique stata oratione Adsumus, recitata, omnibus ordine confidentibus, ac silentio indicto, iussu Illustrissimi Archiepiscopi Cancellar. suggestum ascendit, & primò de Cleri vocatione, de scrutinio, de cathedralico, & de examinatoribus, & Iudicibus, ordine, & modo infra scripto actum est.

Instantia promotorū de clero vocando.

Illustriss. & Reuerendiss. Pater,
& Domine.

Sancitum est Conciliis generalibus, & præcipue Concilio Tridentino, ut omnes Ecclesiastici viri, qui de iure, vel cōsuetudine Synodo diœcesanæ que quotannis celebrabitur, etiam exempti, interesse debent si negligentes fuerint,

Pars III.

pœnas sacris canonibus sanctitas incur- rant: Quamobrem eos omnes ex sugge- stione publicè vocari; & successivè scrutiniū à patribus sapienter institutum ha- beri humiliter perimus; Ecclesiastico- que viros sanctæ disciplina eruditos eli- gi, qui scrutinio diligenter incumbant; & Parochos Cathedraticum iuræ dice- cesano debitum persoluere instamus.

Lectaque fuerunt decretā ut infra.

Decretum de scrutinio.

Scrutinium Synodale, à patribus sa- pienter atque ex utilitate Synodi in- titutum, iam aliquando intermissum, personis adiutrice diuina gratia ad usum cōsuetudinemy reuocatum, hodie cum solenni vocatione Cleri in continuatio ne sessionis pomeridianæ recte per eius- dē scrutinii præfectos agi decernimus, atque edicimus; ideo omnes & singulos, qui officii recitandi lege adstricti sunt, Breuiarium nuper editum, cum Calen- dario afferre, & exhibere iubemus.

Decretum de præfectis scrutinii eligendis.

Scrutinii Synodalis præfectos delige- mus venerabiles Sacerdotes, visita- tores nostros in urbe, pro ratione regio- num portarumve N. P. orien. N. visita- torem primæ regionis N. secundæ regio- nis &c. Qui pro sua quaque timorata, religiosaque conscientia, postpositis om- nibus humanis affectibus, in veritate, & sinceritate, & æquitate, iustitiaque, suo constituto loco scrutinij agant ad præ- scriptum Tabellæ de scrutinio Synoda- li, ad usum huius Synodi iussu nostro edi- ta, quam scrutinii præfectis distribui mandamus, ut & ipsi munera sui partes intelligant, & Clerus vniuersus de quo scrutinium agi constituimus, non in re- spondendo lolum, verum etiam in exe- quendo, se tales præstent, quales eos es- se scrutinij diligentis ratio depositit.

Decretum de Clero vocando.

Mox vocabuntur omnes & singuli, quicunque sint, qui huic Synodo

M diœ-